que obviam habuit regem Aragonum cum sua mili-
tia, et cum pugnassent, multi utrinque ceciderunt.
Ibi quoque rex Aragonum vulneratur, de quo vulnere
tandem moritur. || Rogerius autem de Loria cum suis
galeis navalem exercitum regis Francie male custoditum
prope Narbonam .... || Eodem anno Pisani et — aspetti un vacuum unius verbi
Ianuenses pugnaverunt in mari generali exercitu, et post
magnam concertationem Pisani in loco dicto la Melora,
ubi prelatos ceperant, debellantur. || Anno sequenti, id est
MCCLXXXVI ~~1286~~, Odoardus rex Anglie venit in Vasconiam visita-
turus et liberaturus regem Karolum, qui erat in Ca-
thalonia. Nati enim erant ex duabus sororibus. Et cum
Alfonso tunc rege Aragonum, primogenito Petri, de concordia
tractat. || MCCLXXXVII° ~~1287~~. Honorius moritur.

CCXLII^m. ~~242~~ capitulum. De pontificatu Nicholai quarti
et sibi contemporaneis.

Nicolaus postea sedet, natione Marchianus, prius
vocatus Ieronimus. Cardinales fecit dominum Neapo- — dnm
leonem, dominum Petrum de Columpna, fratrem Mattheum — dnm
de Aqua+sparta generalem Minorum, amatorem sue
religionis et aliarum. || Hic papa adhuc *cardinalis exi- — xf. 170'
stens, cum cardinales essent inclusi in Sancta Sabina, ad
electionem faciendam post mortem Honorii, dum
alii cardinales fugissent locum propter infirmitatem,
solus ibi remansit in loco infirmiori et tamen evasit.
Hic quamvis sanctitate celebris, Columpnensibus nimis
dicitur adhesisse. || Anno primo sui pontificatus Trypolis
capta est, occisis et captis multis christianorum.
Alii dicunt anno secundo. || Eodem anno rex Rodulfus — dnm
vicarium mittit in Ytaliam dominum Principallem
de Flisco. Qui ditior clericus erat in simplicibus pre-
bendis quam aliquis clericus mundi et omnibus cessit
propter dictum ~~Domum~~ principatum. Factus est autem tantum
pauper, quod coactus est vendere iurisdictionem im-
perii civitatum Tuscie. Unde Lucani dederunt ei de
dominio quod habebat in suo territorio XII ~~II~~ milia flor. ||
Eodem anno, alii dicunt tempore vacationis, id est MCCLXXXVII ~~1287~~,
galee regnicolarum euntes contra Siculos, obviam
habuerunt Rogerium de Loria, qui eas multo ingenio